

non adscripto tribus Aniensis (Grotefend trib. p. 57), item in uno (vol. VII n. 48) Forum Iulium tribus Arniensis, non constat quatenam sint ex cognominibus oppidis quattuor hoc et Foro Iulio Narbonensis provinciae et Umbriae Conpiensium dicto (Plin. 3, 14, 113) et Baeticae dicto Illiturgi (vol. II n. 297); nam Foroilienses Transpadanae Scaptiae adscriptos fuisse constat (v. p. 163). — Colonia Iria fuit, at Augusto posterior, cum apud Plinium non coloniis adnumeretur (cf. eundem 3, 5, 46); nec recte Borghesius (opp. 5, 265) eam inter colonias Iulias rettulit, cum Forum Iulii non rem publicam a Iulio conditam significat, sed vicum ab eo institutum vel certe appellatum. Probabilius certe conicias, cum oppidum de quo agitur ad viam sit Iuliam Augustam (v. p. 828), viae eius muniendae causa id conditum esse a dictatore Caesare vel si magis placet a filio eius nondum Augusto, coloniae nomen post tempus demum impetravisse. Locum satis accurate determinant itineraria; fuit secundum eorum mensuras Iria ibi, ubi nunc est oppidum Voghera. De forma rei publicae titulis deficientibus non habeo quod addam.

7350 Pietra di Giorgi in ecclesiae parochiali S. Mariae di Castagnara nel muro esterno CAPSONI similiterque MANFREDI.

protome
puellae
METELLIAE
MAXIMAE

OSTVMV
L /// XIII
5 NAE
VETERANOR
I

Capsoni Pavia I, 247 tab. 8 n. 2. 4. Manfredi p. 74.

Duo haec fragmenta, item tertium, in quo solum caput pueri cernatur, eiusdem tituli esse scribit Capsonius; Manfredius in priore pro capite puellae ait cerni Medusae, secundum sic refert: POSTVMVS | LEGIONIS-XIII-GEMINAE | VETERANO | I.

7351 Redavalle rep. in fundo Priorae, deinde Vogherae.

L · CATIVS · TERTI · F
V · F · CATIAE · T · F
MAXSVMAE · F
PROBAE
5 CATIAE · T · F · POLLAE
PIAE

Manfredius, qui vidit a. 1843, apud Casalium *diz.* 26 (1854), 436 et in comm. p. 74.

I requiritur T · CATIVS.

7352 Soriasei in Oltrepò nel castello del marchese Giorgi.

SAL · SATRIO
SP · F · PATRI
VETTIAE · SZ
TERTIAE · MA

Capsoni 1, 250 tab. 4 n. 4, cui misit dominus.

Composui hoc capite titulos repertos in agro inter Stradellam et Tortonam interiecto ad vicos Pietra de' Giorgi, Soriaseo, Redavalle, Torre del Monte, Casteggio, Voghera; cuius agri partem non Iriensium fuisse, sed Placentinorum ex supra dictis apparet, scilicet Clastidium horum pertica fuisse comprehensum. In ulteriore agro repertos ad Trebiam, ut Cavezzagi et Travi, Placentinorum editori futuro reliqui. Mirum est ipsam Vogheram oppidum et medio aevo conspicuum et hodie frequens et, ut vidimus, antiquum adhuc vix ullum titulum protulisse, ut tempore principatus Clastidium quamquam vicus fuit Placentinorum, magis floruisse videatur, quam Iria colonia sui iuris constituta.

Castegii reperti lapides non multi traduntur fere ab auctoribus Ticinensibus (v. p. 704). Ad Vogheram quod attinet, canonicus MANFREDI Vogherensis de eo oppido egit cum apud Casalium *dizionario* vol. 26 (1854) tum peculiari commentario impresso neque edito, cuius ipse mihi copiam fecit adiectis quibusdam supplementis scriptis.

7353 rep. Valverdii X m. p. a Bobio, extat ibi in episcopo.

C · LICINVS
VERVS
DIANA E
V · S · L · M

Capsoni 1, 250 tab. 8 n. 5 (inde Aldini p. 22) a Felice Gazottio; Irenaeus Affò misit Marinio ex Bobio 2 Oct. 1793 (cod. Vat. 9042); Sanguineti *iscr. Rom. della Liguria* p. 231 ab Oliviero bibliothecario urbis Genuae et Ginocchio.

7354 Valverde in agro extra castellum Malaspinarum.

protome viri protome mulieris
M · OCTAVIO · C · F · MACEDO
COTTIAE · P · F · POLLAE
VXSORI

Capsoni Pavia I, 250 tab. 8 n. 9 a Gazottio; Sanguineti *iscr. Rom. della Liguria* p. 232 a parrocho loci Carbonio; Cavagna Sanguiniani *dell' abazia di S. Alberto di Butrio* (Mediolani 1865) p. 108.

7355 scavata nel luogo di Tor di Monte oltre del Principato di Pavia ANONYMUS APUD MUR. ms.; scoperta alla Torrazza Paleari in Oltrepò Pavese CAPSONI 1, 249. Paviae in aedibus Palearium BOSSI MUR. PASQ. CAPS. Nunc in universitate.

DIANA E
LVCIFERAE
L · LICINIUS
VITVLI · LIB
5 GRATVS
V · S · S

Contuli. Bossi ms.; Mur. ms. 18, 224, ed. 37, 6 (inde Orell. 1451) a Casp. Beretta; Pasquali ms. inter Mariniana; Capsoni 1, 215 tab. 2 n. 5; Voghera tab. 10 n. 10; Aldini p. 21.